

Examen VWO

Latijn (nieuwe stijl en oude stijl)

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

2004

Tijdvak 1
Woensdag 26 mei
9.00 – 12.00 uur

Tekstboekje

Scipio wordt in een droom toegesproken door zijn grootvader.

“Videsne illam urbem, quae parere populo Romano coacta per me renovat pristina bella nec potest quiescere?” Ostendebat autem Karthaginem de excelso et pleno stellarum, illustri et claro quodam loco. “Ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles, hanc hoc biennio consul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc hereditarium a nobis. Cum autem Karthaginem deleveris, triumphum egeris censorque fueris, et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, deligere iterum consul absens bellumque maximum conficies, Numantiam excindes. Sed cum eris curru in Capitolium invecus, offendes rem publicam consiliis perturbatam nepotis mei.

Dan moet jij, Africanus, het licht van je geest, verstand en inzicht voor het vaderland laten verschijnen. Op dat moment zie ik als het ware twee mogelijke wegen van het lot. Want wanneer jouw leven zeven maal acht volledige kringlopen van de zon heeft afgelegd, en deze twee getallen, die beide om verschillende redenen als volmaakt worden beschouwd, in hun natuurlijke kringloop het voor jou door het lot bepaalde totaal hebben bereikt, dan zal de hele staat zich tot jou alleen en tot jouw naam wenden. De senaat, alle goede burgers, de bondgenoten en de Latijnen zullen naar jou kijken. Jij zult de enige zijn, op wie het behoud van de staat steunt. Om kort te gaan, jij zult als dictator de staat op orde moeten brengen, als jij tenminste ontsnapt aan de goddeloze handen van je verwanten.”

Op dat moment begon Laelius te schreeuwen en de anderen zuchtten diep, maar Scipio zei zachtjes lachend: “Stil alsjeblieft, haal me niet uit mijn droom, en luister nog even naar het vervolg:

Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam, sic habeto: omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruuntur; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur.”

Hic ego, etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis, quaesivi tamen, viveretne ipse et Paulus pater et alii, quos nos extinctos esse arbitraremur.

“Immo vero”, inquit, “hi vivunt, qui e corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt, vestra vero, quae dicitur vita mors est. Quin tu aspicias ad te venientem Paulum patrem?”

Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi, ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat. Atque ego ut primum fletu represso loqui posse coepi, “Quaeso”, inquam, “pater sanctissime atque optime, quoniam haec est vita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris? Quin huc ad vos venire propero?”

“Non est ita”, inquit ille. “Nisi enim cum deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicias, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur, iisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus animus est in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum adsignatum a deo defugisse videamini. Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego qui te genui, iustitiam cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est; ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum qui iam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides” - erat autem is splendidissimo candore inter flammam circus elucens -, “quem vos, ut a Graecis accepistis, orbem lacteum nuncupatis.”

Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem eae stellae quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium quas esse numquam suspicati sumus, ex quibus erat ea minima quae ultima a caelo, citima a terris luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Iam vero ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

Quam cum magis intuerer, “Quaeso”, inquit Africanus, “quousque humi defixa tua mens erit? Nonne aspicias, quae in templa veneris? Novem tibi orbibus vel potius globis conexa sunt omnia, quorum unus est caelestis, extumus, qui reliquos omnes complectitur,

summus ipse deus arcens et continens ceteros, in quo sunt infixi illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni. Huic subiecti sunt septem qui versantur retro contrario motu atque caelum. Ex quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant.
60 Deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor qui dicitur Iovis. Tum rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis. Deinde subter mediam fere regionem Sol obtinet, dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret et compleat. Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercurii cursus, in infimoque orbe Luna radiis Solis accensa convertitur. Infra
65 autem eam iam nihil est nisi mortale et caducum praeter animos munere deorum hominum generi datos, supra Lunam sunt aeterna omnia. Nam ea, quae est media et nona, Tellus, neque movetur et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.”

Cicero, *De Republica VI*, 11-17

Tekst 2 Vriendschap

De vriendschap is immers niets anders dan een volkomen eensgezindheid in alle goddelijke en menselijke zaken, gepaard aan een totale hulpvaardigheid die op genegenheid berust. Ik weet werkelijk niet of er, buiten de wijsheid, iets beters door de goden aan het mensdom is geschonken. Sommigen geven rijkdom de voorrang, anderen een goede gezondheid, anderen
5 macht, anderen nog eer, velen zelfs de lichamelijke genietingen. Deze laatste zijn eigen aan de dieren; de rest is vergankelijk en nooit zeker, want het berust niet zozeer op ons beleid dan wel op de grilligheid van het lot. Zij echter die het hoogste goed plaatsen in de volledige ontplooiing van alle menselijke gaven, die wij *virtus* noemen, hebben volledig gelijk. En het is juist de *virtus*, die de vriendschap voortbrengt en in stand houdt. Zonder
10 haar kan de vriendschap onmogelijk bestaan.

Iam virtutem ex consuetudine vitae sermonisque nostri interpretemur nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur virosque bonos eos qui habentur, numeremus, Paulos, Catones, Galos, Scipiones, Philos; his communis vita contenta est; eos autem omittamus qui omnino nusquam reperiuntur.

15 Talis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet quantas vix quoque dicere. Principio qui potest esse vita ‘vitalis’, ut ait Ennius, quae non in amici mutua benivolentia conquiescit? Quid dulcius quam habere quicum omnia audeas sic loqui ut tecum! Qui esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis aequae ac tu ipse gauderet? Adversas vero ferre difficile esset sine eo qui illas gravius etiam quam tu ferret. Denique ceterae res
20 quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus fere singulis, divitiae ut utare, opes ut colare, honores ut laudare, voluptates ut gaudeas, valitudo ut dolore careas et muneribus fungare corporis; amicitia res plurimas continet; quoquo te verteris, praesto est, nullo loco excluditur, numquam intempestiva, numquam molesta est; itaque non aqua, non igni, ut aiunt, locis pluribus utimur quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de mediocri, quae
25 tamen ipsa et delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor, qualis eorum qui pauci nominantur, fuit. Nam et secundas res splendidiore facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores.

Quomque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praestat omnibus, quod bonam spem praelucet in posterum nec debilitari animos aut cadere
30 patitur. Verum enim amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt et egentes abundant et inbecilli valent et, quod difficilius dictum est, mortui vivunt; tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. Ex quo illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis. Quod si exemeris ex rerum natura benivolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit, ne agri quidem cultus
35 permanebit. Id si minus intellegitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest. Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis et discidiis funditus possit everti? Ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest.

Cicero, *Laelius de Amicitia* 20-23

Tekst 3

De onderstaande passage is afkomstig uit de roman 'Terentia' van Adelheid van Beuningen, waarin het leven van Cicero wordt beschreven vanuit het perspectief van zijn vrouw.

- 1 Het huis op de Palatijn werd herbouwd met het bedrag dat de Senaat ter schadeloosstelling
- 2 beschikbaar had gesteld en dat Cicero maar krengerig vond (...) Clodius was nog steeds uit
- 3 op wraak. Zijn macht was kennelijk onbetwist nu de Drie hun persoonlijke ambities
- 4 najoegen in plaats van het gemeenschappelijk belang. Zijn benden haalden de muren van
- 5 ons huis neer nog voor het dak erop zat, staken het huis van Quintus in brand en vielen
- 6 Cicero aan op de Via Sacra, waar ze hem met stenen en drek bekogelden, zodat hij een
- 7 veilig heenkomen moest zoeken in het huis van een vriend.

Tekst 4

Begin 49 v. Chr. stak Caesar de Rubico over en begon zo de burgeroorlog. Pompeius besloot met een groot aantal senatoren naar Griekenland uit te wijken om de verdediging van daaruit te organiseren. Ook Cicero (die tevergeefs had bemiddeld tussen de partijen) verliet Rome, maar hij bleef in Italië: op verzoek van Pompeius nam hij de supervisie op zich over het gebied rond Formiae, waar hij een aantal landgoederen bezat. Vanuit Formiae schreef hij onderstaande brief aan zijn vrouw Terentia en zijn dochter Tullia, die in Rome waren achtergebleven. De brief gaat over de vraag wat de dames het beste kunnen doen, nu Caesar met zijn troepen Rome nadert.

- 1 Considerandum vobis etiam atque etiam, animae meae, diligentem puto, quid
- 2 faciatis, Romaene sitis an mecum an aliquo tuto loco: id non solum meum consilium
- 3 est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem haec: Romae vos esse tuto posse
- 4 per Dolabellam eamque rem posse nobis adiumento esse, si quae vis aut si quae
- 5 rapinae fieri coeperint; sed rursus illud me movet, quod video omnes bonos abesse
- 6 Roma et eos mulieres suas secum habere; haec autem regio, in qua ego sum,
- 7 nostrorum est cum oppidorum, tum etiam praediorum, ut et multum esse mecum et
- 8 commode in nostris praediis esse possitis. Mihi plane non satis constat adhuc, utrum
- 9 sit melius: vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae, et ne, cum velitis, exire
- 10 non liceat; id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis
- 11 consideretis.
- 12 Zeg Philotimus dat hij het huis laat dichttimmeren en laat bewaken. Ook zou ik
- 13 willen dat jullie betrouwbare koeriers regelen, om dagelijks van jullie een brief te
- 14 ontvangen. Zorg er heel goed voor dat het jullie goed gaat, als jullie willen dat het
- 15 ons goed gaat.

Cicero, Ad Fam. XIV 18

Aantekeningen

- regel 1 **considerandum t/m puto** Ik meen dat jullie, mijn lievelingen, steeds opnieuw zorgvuldig moeten afwegen
- regel 2 en 3 **Romae** in Rome
- regel 2 **sitis** jullie willen verblijven
- regel 3 **haec** de volgende dingen
- regel 4 **Dolabella** Cicero's schoonzoon, een fervent aanhanger van Caesar, die invloed op Caesar kon uitoefenen.
- adiumento** De dativus (finalis) drukt een doel uit.

<i>regel 5</i>	rapina plundering rursus anderzijds
<i>regel 7</i>	illud <i>Wijst vooruit naar</i> quod t/m habere (<i>regel 5-6</i>). nostrorum t/m praediorum is ons welgezinnd en dat geldt niet alleen voor de steden, maar ook voor de landgoederen
<i>regel 8</i>	commode zonder problemen utrum <i>onzijdig van</i> uter
<i>regel 9</i>	isto loco van jullie stand
<i>regel 9-10</i>	et ne non liceat en zorg ervoor dat het mogelijk is
<i>regel 10</i>	velim <i>Verbind met</i> consideretis (<i>regel 11</i>). etiam atque etiam steeds opnieuw
<i>regel 11</i>	consideretis <i>Lees</i> ut consideretis.

Einde